

INCIPIT PROLOGVS IN LIBRVM DE CONSOLATIO-
NE THEOLOGIE ERATRIIS IOHANNIS DE TAMBACO
ORDINIS PREDICATORVM PROVINCE TERTHONIE
SACRE THEOLOGIE PROEessoris.

Quoniam scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt ut per consolationem scripturarum spem habeamus. Sic scribit apostolus in epistola ad romanos capitulo xv. Quoniam autem secundum hoc ipse apostolus nobis insinuat doctrinam scriptam specialiter ad hoc tendere ut per consolationem scripturarum spem habeamus. quod scilicet spe gaudentes in tribulatione ob quorumcumque tristem occasionem a spirituali gaudio in domino semper continuando minime deficiamus. Idcirco consideratis mundi huius tribulationibus ac multiplicibus turbationum causis seu occasionibus quarum ego ipse qui loquor nonnullas in persona propria sum expertus consolationem ob hoc in scripturis sanctis requires. quinimo et ex ipsis elicies. cogitavi de infinitis consolationibus quod tunc implicite vel explicite in scripturis quod plurimas numero tamen finitas ad honorem omnipotentis dei consolationis optimi ac gloriose virginis marie quam ipse sic pacificus fecundavit. quod deus totius consolationis nobis genuit. atque beatissimi iohannis euangeliste qui propter euangelizandi constantiam exilio relegatus diuine visionis et allocutionis meruit crebra consolatione releuari. ac omnium sanctorum quos per multas tribulationes oportuit intrare in regnum celorum. necnon denique ad consolationem omnium hominum. precipue autem illorum qui pie volunt viuere in christo. et ob hoc testante scriptura persecutiones et temptationes patiuntur redigere in scriptis hoc in opere qualicumque. Sane sicut olim insignis ille boetius dum regis theodoricus fauere tyranni recusaret. missus exilio et in carcerem retrusus de consolatione philosophie librum edidit. Sic et ego ab impugnatoribus iusticie pariter et obediencie sancte romane ecclesie a propria mansionis loco eiectus. quandam exilij speciem sustinens prefatum opus aggressus. ipsum si legentibus placeret de consolatione theologie appellandum iudicarem. Quod si philosophorum ac rethorum nonnullos auctoritates in eo nichilominus sint inserte. hoc ea intentione factum est qua doctorum excellentissimum augustinum quidem dixisse memini. Si que vera dixerunt philosophi sunt ab eis tanquam ab iniustis possessoribus in usum nostrum vendicanda. Rursum autem est sciendum quod quemadmodum prefatus boetius in dicto suo libro philosophia sub typo mulieris reuerendi vultus. stature discretionis ambigue existentis. nunc basse videlicet. et nunc alte artificiosam quandam quam describit vestem deferentis visitantis se turbationis sue infirmitatem oportuna consolatione curantis secum confabulante introduxit. Ita et michi quatenus prefatum de consolatione

theologie op⁹ iocundiozem solationē cōtineret ex ipsius boetij
stilo modū aliq̄ v^l ex pte capiētī. q̄sdā psonas more poetico placu
it introducere adinuicē colloquētes. vna videlicz ex pte psonas
tristes. q̄rū est ī mundo numer⁹ infinit⁹. ex pte vero alia loco ipi⁹
theologie solatrice optimā dñam quādā illustrissimā ipaz̄ tristiū
psonaz̄ visitatōis ac solatōis cā de celis egressaz̄ n̄ impiter p̄bie
reuerēdi ad modū vult⁹ exntem solatōisqz ei nūc bassam. nūc al-
taz̄ habentē staturā arūficōssima veste. coloris tñ huilis q̄ offitō
ogrueret indutā plurimarūqz puellaz̄ ac militū tā secū aduentā-
tiū. p̄ passim ad eā vniuersis ex locis solatōis. egregie forme sua-
qz affabilitate solatōni et solatijs mirōmō cōgruentiū comitatu
honoratā. **M**imirum dñā sciētiarū omniū et illustrioz vniuersis est
ipā theologia. **H**ec vt cōstat de celis est oriūda. ipā namqz supero
cardine p̄ viā inspiratōnis delapsa. nostras descendit ad ptes. **H**ec
non min⁹ boetiana solatrice reuerēdi est ad modū vultus. vtpote
cui⁹ non solum p̄ man⁹ innumerabilis honestas. s̄ etiā prima fa-
cie videt⁹ cunctis sciētijis reuerenti⁹ p̄tractanda. **H**ec vt tradit e-
gregi⁹ ille gregori⁹ staturam suam in edificatōe morum ostendit
etenim nisi legentiūz mentes ad alta profecerint. velut in imis nō
intellecta iacet. quo legentis spiritus tendit illuc. leuat⁹ in altum
crescit et ascendit dum in ea quid altum queritur. **H**ec vt quasi cō-
solandis tristib⁹ morem gerat nigram p̄fert vestem habitus sciē-
tialis. que vestis quippe licet artificōsa sic p̄iter et p̄ecōsa. forinse
cus tamē ratōne grossiozis litere que nigra est tanq̄ nigro grossio-
riqz filo videt⁹ intexta. omnis em̄ glōzia eius abintus in fimbrijs
aureis. id est in spiritualib⁹ ad modum fimbriaz̄. que finem tenēt
finaliter elicentis sensib⁹ et doctrinis sapientie auro p̄ecōsiozis
atqz p̄fulgentis cōsistit. **M**Deniqz p̄efata domina tot habz̄ pul-
cherimas puellas virgines ipsam in p̄cessu hui⁹ operis comi-
tantes. vnaqz cum ipā personas tristes paratissimas consolari quot
p̄fecto op⁹ istud cōtinet castas vtiqz et pudicas īmarcessibiliqz ve-
ritatis colore venustas cōsiderationes ad quozumlibet tristiū sol-
ationem piendum fecundas. **M**Porro tot ipsam etiā milites
comitantur quibus ipsa ac eius puelle s̄mgule more delicatarum
et nobilium feminaz̄. in p̄gressu hui⁹ sunt innixe. quot in sui pu-
ellarū ve dictarum testimoniū militant autores quozum ipā p̄e-
fateqz puelle sententijs solide subsistentibus inicitantur. **V**erum
quia diuerse tristes persone varijs excausis seu occasionibus con-
munibus et specialibus turbate varijs indigent consolatōnum re-
medijs. **I**dcirco vt in hoc libro p̄o qualibet persona ex quibuscun-
qz causis turbata parata consolatio in certo suo loco p̄romptius
valeat iueniri a communiozibus ad specialia vsqz p̄cedēs ipsum
librum istum in quindecim libros partiales distinxī. quozuz s̄ngu-
los vlteri⁹ in certa capitula duxi distinguendum.

Primus liber continet consolatorum remedia oportuna contra illa turbativa hominis que opponuntur mundane sue felicitati et prosperitati.

Secundus liber continet consolatorum remedia oportuna contra illa turbativa que opponuntur generaliter paci et tranquillo statui.

Tercius liber continet consolatorum remedia contra turbativa que opponuntur comodo et quieti.

Quartus liber continet consolatorum remedia oportuna contra illa turbativa que opponuntur glorie et honori.

Quintus liber continet consolatorum remedia oportuna contra illa turbativa que opponuntur potestati et dignitati.

Sextus liber continet consolatorum remedia contra turbativa que opponuntur parentele et generis nobilitati.

Septimus liber continet consolatorum remedia contra illa turbativa que opponuntur divitijs et rerum facultati.

Octavus liber continet consolatorum remedia contra illa turbativa que opponuntur bone amicitie et societati.

Honorus liber continet consolatorum remedia contra turbativa que opponuntur delicijs et voluptati.

Decimus liber continet consolatorum remedia contra turbativa que opponuntur solacijs et gaudijs seu iocunditati.

Vndecimus liber continet consolatorum remedia contra turbativa que opponuntur libertati.

Duodecimus liber continet consolatorum remedia contra turbativa que opponuntur studio contemplationi et devotioni.

Terciusdecimus liber continet consolatorum remedia contra turbativa que opponuntur bone ipsius corporis dispositioni.

Quartusdecimus liber continet consolatorum remedia contra turbativa que opponuntur bone ipsius anime dispositioni seu adicationi.

Quintusdecimus liber continet consolatorum remedia contra turbativa que opponuntur specialiter ipsius animi securitati et tranquillitati.

Premissorum autem librorum subdivisiones in distincta capitula non hic ponendum duxi. sed magis in fine totius libri. tum propter prolixitatem in hoc prohemio vitandam. tum quia ante completionem libri eorundem michi capitulorum numerus est incertus. tum quia ipsa capitula ad modum tabule in fine congruentius subiungentur.

Quamvis autem huius libri sic distincti in libros partiales et capitula etiam ulterius in puellas seu considerationes consolatorias generaliter consistat utilitas in consolatione tristium personarum. Specialiter tamen etiam consistit in usu ipsius libri multiplici. Primo namque si hijs ad quos pervenerit dignum ducerent posset legi in communi. in omni loco ad presentium et audientium consolationem. Secundo posset ex eo facillime et delectabiliter predicari. presertim cum vix possit reperiri evangelium vel epistola de tempore vel de sanctis. vel legenda sancti

cuiuslibet ex quibus esset sermonis materia capienda. quin vel aliquid in parte tangeret materiam huius libri. Denique tertio possent et lectores biblie de hoc libro se iuuare. et ex eo vel loco moralitatum lectiones suas ornare. cum vix textum lectionis cuiuscumque inuenirent quin in eo alicubi materia huius libri tangeretur. Qua occasione vel in cursu lectionis cuiuslibet. vel forte in fine melius auditoribus suis dicere posset lector. Ex quo audiuitis in hac lectione de hoc vel de hoc tristabili. puta de tribulatione. vel de morte propria. vel amici. vel de paupertate. et infirmitate. et sic de similibus. audiat nunc duas puellas. vel tres. vel quatuor cum personis tristibus confabulantes easque consolantes. Ecce prima dicit sic. Secunda sic. et ita de alijs pluribus vel paucioribus putet ipse lector expedire iudicaret. Sane circa premissos priores libros et eorum capitula est sciendum. quod licet per certas materias distinguantur. nihil tamen prohibet quin aliquorum librorum et capitulorum eorundem materie. possent etiam in alijs libris et capitulis collocari. preterim cum materie quorundam ipsorum. aut in nullo. aut in modico distinguantur loquendo de reali distinctione. nec tamen sub eodem libro vel capitulo comprehenduntur. tunc propter nimiam libri vel capituli plenitudinem vitandam. tamen propter hoc ut iuxta vocalem distinctionem quam saltem habent promptus hoc quod queri valeat repiri. Quam ob causam denique videlicet ut materie singulorum librorum ac capitulorum quatenus promptus suis occurrant in locis. non modo quotatōes tantum librorum quam capitulorum vna cum materijs de quibus tractant cum rubrica singulis libris et capitulis premittuntur. Verum etiam librorum et capitulorum eorundem quotatōes in superiori margine ponuntur. et tamen ipsi libri quam capitula. necnon et considerationes singule incipiunt per nomina. vel aduerbia ordinalia. ordinem cuiuslibet experientia. cuiusmodi sunt hec aduerbia. primo. secundo. tertio. et hinc inde. quibus libri cum litteris capitalibus maioribus. et capitula cum minoribus incipiunt. et cuiusmodi nomina ordinalia sunt hec prima. secunda. tertia. et hinc inde. quibus cum litteris capitalibus minoribus quam capitula incipiunt considerationes sub typo puellarum sic. prima igitur puella. secunda puella. tertia puella. et quoniam nichilominus considerationum quotatōes per rubricam singulis annotantur. Demum circa stilum huius operis primo est sciendum. quod auctores quorum dicta in hoc opere inducuntur. nunquam vel raro precise suis nominibus proprijs. sed potius stili gratia pulchrioris scilicet arte rethorice per nominatōibus et denotatōibus. seu quibusdam circūlocutōibus exprimuntur. et ne etiam per locorum seu librorum ex quibus auctorum talium dicta sunt accepta assignatōes diuini sermoni impedimentum presteret iudicavi assignatōes huius fore quoniam fierent. non ipsi sermoni interferendas. sed ex in margine potius annotandas. Secundo etiam est sciendum quod licet auctores memorati in corpore libri sint notati. ex superabundanti tamen et gratia cuiusdam celerioris inuentionis. etiam sunt in margine cum rubrica annotati. quibus hoc quod pluries fiat sine librorum seu locorum assignatōe. quemadmodum et in glossa continua scripti thome cum auctorum nominibus quos inducit non solum etiam loca auctoritatum exprimentur.

Nam et si loca huius singularium auctoritatum mihi quaque casualiter occurrentium super isto opere gratia testimonij quesivisset, hoc utique fuisset labor magis dispeditiosus quam oino necessarius, aut etiam fructuosus. praesertim cum ipse auctoritates operi incorporate de se plerumque videantur satis creditibiles siue fidedigne. et cum etiam plurime sint ex ipsis quorum loca etsi non ubique exprimantur, tamen saltem alicubi in marginibus huius libri et forte pluries exprimuntur, ita quod locorum suorum ulterius expressio eo minus est curanda. **¶** Postremo ne occasioe stili in dictis subsequens observati, quae legentium, aut etiam audientium offendiculum patiat, lectoris pariter et auditoris exhortor in domino caritate, quatenus dictis ipsis primum accommodet intellectum, eaque non pro oia putarent de virtute sermonis intelligi accipienda arbitrentur, sed intellectu sano potius capienda putent, videlicet sermo moralis expostulat usque contra approbat contra sanctorum quam scriptorum moralium aliorum, prout quosque ipsorum stilum rethorice artis licet nec discipulus eius dici meruerim, novi tamen moraliter scribentibus indulgere. **¶** Alijs enim conceditur nunc loqui sermonem excessus quaedam sententiae, siue secundum hyperbole, que superlativo in tulliana rethorica noiantur, nunc sermonem synodochum, cuius species rethorica intellectu dicitur, sermonem quod aliquid de toto dictum de sola parte, aut e converso de parte dictum de toto verificatur, nunc sermonem speciem rethorice quam dubitatio aut eam interrogatio appellatur, quae ita sane sermonem leges intelligitur et canones quod non sermonem negat, sed aliquam difficultatem notat aliquam raritatem. Nunc denique loqui conceditur sermonem alias quoque rethorice exornationis species siue modos quod non sermonem de virtute sermonis veritate oimodam dicitur, sed in proprietatibus potius quibusdam sibi operantur aut virtute persuadendi, aut quaedam in sermone vel sententia venustate. **¶** Sane pro haec non quod meum palliare coram simplicibus imperfectum, quoniam potius operum profectum cum omnibus et singulis in eo dicitur correctioni sancte romane ecclesie subicio. De minoribus bene dictis indulgentiam petens, illa siquidem quod absit fidei aut bonis moribus repugnarum exnunc revocans volo ea habere pro simpliciter revocatis. **¶** Alia vero siquidem placuerint mihi non arrogo, sed actione debita gratiarum eius in laudem referri desidero in cuius manu sumus et nos et sermones nostri. **¶** Nec exordium proutis operis ad generale eius noticiam sufficit premississe, ad cuius operis adplementum me suum quicquidque vel debile instrumentum moueat et promoveat illa quae omnium est artifex sapientia increata in seculum seculi benedicta amen.

**EXPLICIT PROLOGVS. INCIPIT CVM QVADAM AD:
HVC PREBATIONE LIBER DE CONSOLATIONE THEO
LOGIE PRIMVS CONTINENS CONSOLATIONVM RE
MEDIAM OPORTVNAM CONTRA ILLAM TVRBATIVAM QVE
OPCONVNTVR MVNDANE FELICITATI ET PROSPER
RITATI.**